primum, in studiis rem strenuè gessisse, et eam navas-
se in literis operam, ut vix ulli quam suorum aequali-
um cesserit et jam è quarta in tertiam classem sum-
ma cũ laude promotum. Ita ergo hactenus vitae stu-
diorumq. rationem instituisse, ut et recte eo nomine
se nobis approbavit; et egregium condiscipulis suis
industriae ac modestiae exemplum praebuerit; adeo ut
dignum eum censeamus, quem optimis moecenatibus
de meliore nota commendemus, quo eorundem be-
nignitate, feliciter institutum studiorum suorum
curriculum, emetiri porro atq. absolvere ad gloriam
Dei aliquando possit quod voveo et auguror.

datũ Lugduni Bat. Schrevelij.
Ipsis nonis Ap. Anno MDCLII.

347 S. P. Reverende et Clarissime Vir. Dñe
Affinis et Compater honorande.

Qui praesentes has tibi exhibet Arnoldus Mauritius Holler-
mannus Tecklaburgensis Westphalus J.U.D. hic promotus mense
octobri superioris anni, Vir est singulari eruditione, pietate
et virtute, omnium bonorum favore et amore dignissimus. Ex
quo hic promotus est Scaphusium cum nobile quodam in Thurn
per aliquot menses degit, et ibi singularia quaevis specimina
eloquentiae edidit. Cum promoveretur, orationem habuit de
furibus rursus suspendendis et morte puniendis, omnium cum ap-
plausu et admiratione tum ratione styli, et materiae, tum ob in-
signe memoriae et actionis elegantissimae donum, quod experimur.
Hac ipsa septimana elegantissima oratione justa fecit D. Doct-
ri Syndico nostro in Panegyri frequentissima, quae iterum
omnium oculos et animos in se convertit. Quantum ego ejus
collegiis et familiaritate animadvertere potui, magis ad Aca-
demicam, quam Aulicam conditionem aspirat, unde Aca-
demico aliquo fuligine ornamentum sibi posset comparare
quae ipsum ad se attraheret, praesertim si vel Eloquentiae aut
Historia vel Juridica sparta ei obtingeret. Nescio quid il-
lius animi, speram nunc se confert praeter praxin Juridicam
Volui tamen Tibi Viro aliquam delineationem repraesentare
ipse

(margin: aliud enim ad multorum petitionem typis eam sublitis commisit.)

ipse plura videbis. Ubi ipsum videbis. Imprimis placet mihi in eo singularis pietas cum eruditione et assidua diligentia in ipso lucet. Scio quamvis peregrinorum non magna ut nostri apud nos habeatur ratio, illum tamen ita multorum animos his speciminibus occupasse ut, si occasio daretur, non pauci essent qui optarent ut nobis hujusmodi virum vindicare possemus. Tu cogitabis si viris opus habetis.

Caeterum, quis sit rerum nostrarum status alicunde credo accepies, intra duos menses D. V. de professione juridica agetur. Eventum dies docebit et quis Franckfor Syndico nro dandus sit, ostendet.

D. D. Zuingeri navis Calviniana ad portum appulit. Excudentur nunc indies Arca Anticapelliana est in alto et medio mari In tertio Alphabetho versamur. Det Deus, ut utriusque labores vergant ad suam gloriam Ecclesiae aedificationem et verbi ac veritatis ejus illustrationem. Idem te vir Clarissime, cum Conjuge lectissima, quam mei et Uxoris meae nomine amanter salutabis, quam diutissime salvos sospites et incolumes conservet. Dab. raptim Basileae d. 9. Julii 1652.

T. omni studio et cultu addictiss.
J. Buxtorfius.

Viro Rev. et Cl. D. Dan:
Tossano Consiliario Electorali
Palatino Eccles. et Collegii Sapientiae
quod Heidelbergae est Inspectori gravissimo,
Affini, Amico et compatri pl. honorando.
Heydelberg.

348.

Reverendo, Clarissimoque V. Dno Dani Tossano,
Joh: Rod. Wetstein S. P. D.

Redditae mihi sunt tuae V. R. p.me D. Compater honoratisse. ab Herbornensi Professore nro D. M. Gantesvikeo. Paulo post accessit et M. Laur. Mullerus plenus tuarum laudum. Ingentes tibi debeo gratias, quod mei ac meorum tenter foves amorem, ut non meminisse tantum literis, sed et reipse illud exprimere nunquam non satagas. Ego his compensandis impar Opt.um Max.um precabor, ut tibi hujusque. [illegible] bonitatem tuam quam cumulatisse, atque uti rogo [illegible] nb. expectare affectum ne dedignaris: Ita tibi V. R. hujus vivemus pariter ac moriemur grati. Gratulor interim de rebus Gclari gestis Amplissimi Dni Affinis: quem salvum ac felicem ex animo cupio: omniumque memineris, quod pareti